

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

8. Contra negligentes in recitatione Officij, & Chori Psalmodia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

vos: revertetur enim; & heu quām citō revertemur!

*Matth. 6.
Malac. 1.*

*Cūmoraveris, intra in cubiculum tuum,
& clauso ostio (occupationibus) ora Patrem
tuum. Quis in vobis, qui claudat ostia (sen-
suum) & incendat altare meum gravit? Nefcio, an aliquis: certe pauci*

*Exemplum ex
l. de Viris illu-
stribus Ord.
Cis.
Videbat domo-
nes verba Mo-
nachorum
psallentium
varie descri-
bentes.*

Vidit Bern. cūm interesset, ut solebat, nocturnis vigiliis, noctē quadam singulos Angelos juxta Monachos stantes, & quod quisque psallebat, in schedulis, more Notariorum, tam diligenter recipientes, ut nec minimam syllabam, quām negligenter prolatam, omiscenter. Scribebat verō diversō modo: nam quidam eorum scribebant auro, verba, nimirū eorum, qui ferventissimi erant, & absolutā cordis intentione psallebant: alii argento, eorum scilicet, qui fervore minori, plura tamen devotione canebant: nonnulli atramento, eorum videlicet, qui continuo bona voluntatis usu in psalmodia, licet non cum multā attentione psallebant: aliqui etiam aquā, eorum scilicet, qui somnolentia, & pigritia pressi, vel vanis cogitationibus a se abducti, ore, non corde canebant: quidam denique nihil omnino scriebant, & lamentabilem quorundam cordis duritiam redarguebant, qui obliti professionis suae, timoris Dei immemores, aut lethalī somno pronā se voluntate immergunt, aut certe vigilantes, clauso ore, vanis, & noxiis cogitationibus, non ex infirmitate, sed ex voluntaria intentione occupantur.

*D. Bonaventurae. c. 10.
Vita S. Franc.
S. Franciscus
quam rever-
teretur Horas
domini, forisque
exsolubat.*

His verō persimiles audient Divum Bonaventuram de S. Franciseo ira scribentem: Solitus erat vir sanctus Horas canonicas non minus timoratē Dco perfolvere, quām devotē: nam licet oculorum, stomachi, splenis, & hepatis ægritudine laboraret, nolēbat tamen muro, vel parieti inhātere, dum psalleret, sed Horas semper erectus, & sine caputio, non circūvagis oculis, nec cum aliqua syncope perfolvebat. Si quando esset in itinere constitutus, fīgebat tunc temporis gressum, hujusmodi consuetudinem reverenter, & lacram ob pluviarum inundationem non omitrens. Graviter etiam se putabat offendere, si quando orationi dedi-

A: tus, vanis phantasmatibus interius vagabatur. Cum aliquid tale accideret, non parcebat confessioni, quin illud protinus expiatet. Psalmos cum tantā mentis attentione dicebat, quasi Deum præsentem haberet: & cum nomen Domini in eis occurseret, præ suavitatis dulcedine labia sua lingere videbatur.

B: *Contra negligentes in recitatione
Officii, & Chori psal-
modia.*

PVNCTVM VIII.

*S*eraphim clamabant alter ad alterum: *Isa. 6.
Sanctus, Sanctus, &c.* Chori ergo distin- C: eti, ut ait S. Isid. hinc formam sumpserunt. Sed ubi charitas, ubi putras, ac reverentia Seraphinorum, cum quibus & nostras voces, ut admitti jubreas, deprecamur? Sed velut sunt dignae admitti, antiquius dimitti, & comprimi, ne audiantur:

*In populo gravi laudabo te; hoc est, in po-
pulo composito, ac moderato in suis mori-
bus, qui de nullā levitate, aut indecen-
tiā notari potest, laudabo te..* *Psal. 34.*

*Vnanimes, uno ore, honorificis Deum. Rom. 15.
Suntne unanimes, qui nunquam conve-
niunt: nec in horā, nec in cantu, nec in si-
tu &c. Habentne hī labium electum, ser-
viūntne Deo humero uno? Ut male huc,
illucque onus distrahant?*

*Volum claudere ora te laudantium, & ex-
tinguere gloriam templi (qui cursum tecit, &
decorē psallentes improbat.)* *Eph. 14.*

*Quid clamas ad me? (voce, non corde. Exod. 14. de-
Non sic M. yes.)* *celeb. Miss. c.*

*Ex Conc. Later. Officium recitandum Dolentes.
studiosè pariter, & devotè. Ex Trident. Trid. sess. 24.
reverenter, distinctè, ac devotè.*

*Quicunq; dicebat Sibbole, pro Schib- Iudeo. 12. 6.
bole, jugulabatur. (Timeant synco-
pantes.*

*Odio habet Deus rapinam (syllaba- Isa. 61.
rum) in holocausto (divini Officii.)*

Repleatur



Psal. 70.
Ecc. 7.

Repleatur os meum laude (non dimidio ore, nec dimidio officio.)

Non iteres (hoc est, iterabile facias (verbum in oratione tua).

Psal. 118.

Septies in die (distinctis suis horis) laudem dixisti. (Et si Rex tot implicatus negotiis.)

Iob. 38.

Vbi eras, cum me laudarent astra matutina, & jubilarent omnes filii Dei? (Adhuc in lecto, vel in ludo.)

Ierem. 7.

Ergo spelunca latronum facta est Domus ista, in qua invocatum est nomen meum? Ve-

Suarez l. 4. de

tè spelunca latronum, si ob solum pro-

Horat. 2.6.

ventum distractè recitant. D. Chrys. legit:

D. Chrys.

Spelunca hyana facta est habitatio mea. Sic

Sept.

Sept. in fr. cap. 12. pro. Nunquid avis di-

Plin. 8. nat.

seolor, hereditas mea mibi habent? Nunquid

bist. c. 30.

spelunca hyana, hereditas mea mibi: Hoc ani-

mal, ex Plinio, humanam vocem imita-

tur: & si quod forte psaloris nomen au-

dierit, nocte vocari: & ex rugioru exe-

xunt: ad illam vocem, agreditur, eumque

dilaniat. Non secus, inquit Deus, popu-

lus hic. Chor. iste ore me laudat, hymnos,

& psalmos perlongat, sed non habet nisi di-

laniandi famam, pias voces simular; sed

cave, hyenæ sunt, &c.

Non est speciosa laus in ore peccatoris.

Sonet vox tua in auribus meis (non ho-

minum ad hypocritism, & in aenam glo-

riam) vox enim tua dulcis, & facies deco-

ra. Cum voce dulci facies-decora, simul,

& semel.)

Exultabunt, labia mea, cum cantaveri tibi

(non hominibus, non proventui.)

Ausper à me tumultum carminum tuorum,

& cantica lyra tuo non audiam.

Non clama veruno ad me, sed ulularerunt

in cubilibus suis.

Leverus corda nostra cum manibus ad

Deum in calum (non voces tantum, ut ali-

qui.)

Quæ habitus in horis (virtutum) amici,

(id est, Angeli, & Sancti,) auscultant (te)

Veri adoratores adorabunt Patrem in spi-

tu, & veritate (nam tales querunt.)

Psallassim spiritu, psallam & mente. Benè

psallite ei.

Immola Deo sacrificium laudis. Sacrificium

laudis honorificabit me.

Reddemus virtuos laborum nostrorum.

A Sept. Reddemus fructum laborum nostro-

rum; attentam nimirum, ac devotam Sept.

laudem: hunc fructum si reddas, fructus

facis.

Hoc ut Choro assistentes faciant, hor- Psal. 46.

catut David: Psallite, inquit omnibus, sa-

pienter; hoc est, ut ait Bernard, devotionis Bernard.

fervore, qui est lingua animæ: spiritus de-

gustate dulcedinem in Psalmo, &c.

Prævenerunt Principes, &c. O quā re Psal. 67.

prehendunt negligenter accidentes An-

geli prævenientes! Illi præveniunt: tu vix

aliquo ad initium accidis! Item quā

modestia accedere debes: ubi te jam An-

geli expectant, & quomodo accedas in-

tuentur? Idē prævenerunt.

Sed proh dolor! & Angeli mali pra-

veniant. Accipite ex Vitis Patrum, p. 1. §. 39;

Quodam tempore nocte Dæmon in spe-

cie Monachii ad ostium cellulæ Sancti Ma-

cari pulsaverat, dicens: Surge, Abb. Mac-

cari, & eam ad collectam, ubi Fratres

ad vigilias congregantur. Sed ille, qui gra-

tiā Dei repletus falli non poterat, intel-

lexit, Diaboli esse fallaciam, & ait: O

mendax, & veritas inimice, quid tibi

confortii, quid tibi societas est cum col-

lecta, & congregatione Sanctorum? At

ille: Later ergo te, Macari, quod sine no-

bis nulla collecta agitur, nullaque Con-

gregatio Monachorum? Veni denique, &

videbis opera nostra. Dixit autem Maca-

rius: Imperet tibi Dominus. Dæmon im-

munde. Et conversus ad orationem, pe-

tit à Domino, ut sibi ostenderet, si hoc ve-

rum esset, quod gloriatus est Dæmon.

Abiit ergo ad collectam, ubi à Fratribus

vigiliæ celebrabantur: & iterum in ora-

tionē Dominum deprecabatur, ut & ve-

ritatem verbi hujus ostenderet. Et ecce

vidit per totam Ecclesiam quasi parvulos

quodam pueros Æthiopes tetros discur-

reri: atque illuc, & veluti volitando

deserri. Discurrentes autem illi Æthiopes

pueri singulis quibusque Fratribus in o-

ratione positis, atque psallentibus illude-

bant: & si cui oculos duobus digitis com-

pressissent, statim dormiebat; si cui verò

in os immersisset digitum, ostare eum

faciebant. Ubi verò post Psalillum ad o-

randum se projecissent Fratres, per

In Vitis Patrum.

p. 1. §. 39;

Ruff. l. 3. n. 43.

Dæmones ua-

rii modis illu-

duntorantibus

bant iterum singulos, & ante alium quidem jacentem in oratione quasi in mulierum specie ferebantur: ante alium quasi ædificantes, atque portantes aliquid, aut diversa quæque agentes apparebant, & quæcunque Dæmones quasi ludendo formabant, hæc orantes illi in cordis sui cogitatione versabant. A nos nullis tamen, ubi aliquid horū cœpissent, quasi vi quadam repulsi præcipites dejicabantur, ita ut nec stare ante eos, aut transire auderent. Aliis etiam juxta cervices, & dorsa ludebant, quia non erant in oratione sua intenti. Hæc cum vidisset Sanctus Macarius, graviter ingemuit, & lachrymas profundens ad Dominum, dixit: Respicce, Domine, & ne fileas, neque mitigeris, Deus, sed exurge, & dispergantur inimici tui, & fugiant a facie tuâ, quoniam anima nostra repletur illusionibus. Post orationem autem, examinandæ veritatis gratiâ, seorsum evocatis singulis quibulque Fratribus, ante quorum faciem viderat Dæmones diverso habitu, & variis imaginibus ludentes, requirit ab eis, si in oratione, vel ædificandi, agitationes habuerint, vel iter agendi, vel alia diversa, quæ uniuersique per Dæmones imaginata viderat. Et singuli eorum ita conterebantur in corde suo fuisse cogitationes, sicut ille arguebat. Et tunc verè intellectum est, quod omnes vanæ, & superflue cogitationes, quæ vel psallentibus, vel somniis, aut orationum tempore occurruunt, quâsque unusquisque in corde conceperit, illusiones, & instinctu Dæmonum fiunt: ab his autem, qui omni custodia servant in timore, ac amore Dei cor suum, tenebrosi illi Æthiopes, & hæc quas immittunt, cogitationes, repelluntur: Christo enim mens conjuncta, & præcipue tempore orationis intenta, nihil malum, nihilque superfluum recipit.

Apud Surium,
26. Mar. 10. 2.
Felices, qui ita psallunt, ut uni Deo se psallere, ac vacare meminerint. Ex horum numero egregius ille Psaltres, Monasteriensis Episcopus, Ludgerus nomine, fuisse perhibetur. Imperator Carolus Ludgerum ad se pro quadam reipublicæ utilitate evocari fecit. Qui cum secundum ejusdem præceptum venisse, & juxta

A palatum mansionem accepisset, primo statim mane, missa ad eum Rex cubiculario, ipsum ad se venire præcepit. Èâ ipsâ horâ persolvendis, more solito, cursibus, cum suis insistebat. Cum, his expletis, se venturum nuncio respondisset, & hoc Regi ille retulisset, secunda quoque vice, & tertia ad eum accersendum misit. Sed ille divinum Sacrificium cunctis aliis rebus anteponendum esse non ignorans, B omnino venire distulit, donec coptam psalmiodiam consummaret. Quia finita, in conspectu Regis dum venisset, & cur ad imperium suum venire contempsisset, interrogatus, ille vultu intrepido, mente constantiori: Ego, Imperator, inquit, tuum semper ira in omib[us] præceptum exequendum putavi, ut tamen Deum tibi utique præferendum non dubitarem, quem omnibus anteponendum omnes norunt, omnes fatentur. Hoc mihi præcepisti, quando pastoralis curâ sollicitudinem mihi commendabas, ut Deo primum servendum scirem: posthac tuis consequenter imperiis cognoscere esse obtemperandum. Hanc tui mandati auctoritatem, hanc justissimæ discretionis regulam secutus, Deum tibi, & cunctis in terra mortalibus præponendum non ambigo, nec tutum esse credidi, quod huic iussioni, & perspicacissimæ rationi contrarium esset: Deo, non ad regiæ potestatis in honorationem, & contemptum, (ut malevoli criminantur,) sed potius propter tuam salutem, quæ Deo debeam, exsolvere curavi, & ita consequenter ad tuum expeditior servitium veni. Hanc ejus responsionem Rex optimus amplexus: Gratas, inquit, tibi ago, Episcopæ: quia qualiter te esse credidi semper, talem te nunc fore expertus sum. Nam aliqui quidem faciunt, quihoc tuum factum alicet interpretandum, & ad meam injuriā retorquendum poterunt: sed hos, utpote tua sanctitatis iuvidos, minus deinceps gratos habebo, & nullius de cætero contra te accusationem me audituru, Deo volente, reprobabo. Tu, ut haec nus fecisti, Dei semper operate voluntatem, & simul nobis de votus, & fidelis pro nostri imperiū statu orare memento.

Audiente

S. Ludgerus
inter orandum
interpellari
non sinebat.

D. Petr. D^A
mian. ep. 14.
al Desider.
Abbat. c. 7.
Horas canonii
cū intempeſti-
vè peneſolvens
ob negotia, S.
Severinus Epi-
ſcopus, Purga-
torii flammis
admiratur.

Audiant id, ac perpendant, qui levissi- A
mis de causis à quibuscumque evocati ē
Choro discedunt, quíque nec Horas in-
tegrē, nec suo tempore persolvunt: & au-
diant, quod mox subjicit; & perhorre-
scant. Clericus quidam Colonensis Ec-
clesiæ vadum fluminis transibat: & ecce
Beatus Severinus, ejusdem Ecclesiæ au-
per Episcopus, equi ejus habenas appre-
hendit, cūmque retinens sistit. Cūmque
ille in stuporem versus, & graviter ad-
miratus, cur tam clarus illuc, & tam cele-
bris famæ vir motaretur, inquireret. Da
mihi, ait, manum tuam, ut qua circa me
funt, non audiru, ſed & tactu diſcas. Cūm-
que datam manum fluctibus imprefiſſet,
tanti uerbi ardor absorbit, ut undique
carnes ejus resoluta defluent, & oſſa
nuda, vix hærentibus articulis, remane-
rent. Ad quem Clericus: Cū uomen, in-
quit, tuum in tantâ benedictione fit apud
nos, & fama tua conſonis totius Ecclesiæ
præconis celebretur, cur te pestilens hæ-
vorago conſtingit, tantoque (proh do-
lo!) iuencio cruciaris? Ad quem sanctus
Episcopus: Nihil aliud in me remansit,
ait, ultione plectendum, præter hoc tan-
tum: quia dum in aulâ regiâ conſtitutus
imperialibus me conſilii vehemente
implicui, canonicæ synaxis officia per
ſtincta horarum ſpatia non perſolvi. Ma-
ne quippe ſimul omnia coacervans, tota
die negotiis ingruentibus ſecura liberra-
te vacabam. Ob hanc itaque negligen-
tiam Horarum, ardoris hujus fero ſup-
plicium. Sed omnipotens Dei clemen-
tiam, utrique ſimul humilitet implore-
mus, ut manum tuam in pristinæ ſalutis
reſtituat ſtatutum. Quod cū fuif-
ſet factum: Vade, inquit, fili, ob-
ſecra Fratres nostros Ecclesiæ cleri-
cos, & alios ſpirituales viros, ut pro me
preces fundant, indigentibus ſubſidia
perferant, Sacrificiorum votis iuſtant.
His euim peractis, ego mox de vinculo
pœnae hujus indubitanter expediar, &
expectantibus me beatorum ci-
vium cheris lætus ad-
jungar.

Quām multipliciter, & quām facile
homo diſtrahatur.

PVNCTVM IX.

B MUltiplicata ſunt ſuper capillos capiti^{psal. 39.}
mei, & cor meum dereliquit me. Et,
potest eſſe particula cauſativa, ut ſit ſen-
ſus: Quia cor meum dereliquit me; mens
enim mea valde levi, multumque insta-
bilis, vaga, & profuga eſt, & ſine cuſto-
dia, cogitationes innumeræ, vanæ, &
importunæ me diſtrahunt, & ducunt, ut
D. Bern. de in-
air Bernardus, modò ad forum, modò ad
ter domo, c. 30.
litigia altercantum, nunc ad convivia
pinguium, nunc ad immunda libidinum,
^{& 54.} Psal. 50.
Cor mundum crea in me, Deus, quoniam nō
ſolum vanæ cogitatio illud occupat, &
turpis inquinat; verum & amara diſſipat.
Sæpè nanque aliquā injuriā commotus,
densis cogitationum tumultibus in corde
premor, hinc inde ſollicitus, & cæc^o occa-
ſionem vindictæ de accepta injuria rimoſ,
coſilia multiplico, absentibus contra-
dico, intra memetipſum contumelias
profero, & recipio. receptis autem durius
reſpondeo, cūmque qui obvierit, nullus
adſit, rixas in corde compono, inſidias in-
videntium conſidero, & quid contrā jur-
gii movere poſſim, penſo, exquirro, quid
reſpondeam, & cū rena nullam teneam.
vacuus litigitor elaboro, ſicque diem in
otium, noctem verò in cogitationem
verbo. Multiplicata ſunt ſuper capillos capiti^{psal. 39.}
mei, & cor meum dereliquit me.

E O quām citò nos dereliquit! Huc, illūc
que evolant cogitationes: imaginaria e-
nim facultas poſt peccatum maximè in-
ordinata relicta eſt, parūmque rationi
ſubiecta; unde ſæpè evenit, ut inſtar an-
cilla profugæ circumierit, circumſpexe-
ritque regionem, antequā ſentiamus, Proverb. 7.
ubi ſit. Garrula, & vaga, Hebr. tumultuo-
ſa, & quietis impatiens, nec valens in domo
conſiſtere pedibus ſuis, nunc foris, nunc in pla-
teis, nunc juxta angulos, vel juxta omnes an-
gulos, quia nimirūm quoquā ſe ingerunt,
F 3 ubique